



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

An Catholici faciant idem quod hic Pharisæi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

vitur verbo גבל gebal. quod est, pinxit; nam spuro lutum subegit. Lutum illud oculorum sanitati contrarium erat, sed voluit ostendere omnes creaturas parere omnipotenti suae voluntati, atque ad omnia posse adhiberi omnes, confirmaturque hoc loco obedientialis, quam vocant Theologi, potentia. Auctorem etiam vitæ se monstravit, & figulum, qui ex pulvere hominem formavit. Itaque lutum corpus, spum animam nonnulli interpretantur, alii luti figura humanitatem, spuri diuinitatem intelligunt, quæ symbola vt necessaria non sunt, ita suos habent auctores.

§. 2. Natatoria seu ἡλασμα est stagnum est, seu piscina. Dicitur vero hoc loco in Syro שילוח schilucha in Græco τὸ Σιλωάμ, & interpretatur Evangelista, quod est ἀπεσταλμένος, quæ interpretatio non est in Syro, quod verbo ipso manifestum sit. Natatoria dicitur במעמוריה maghamudihæ, quod locum in quo lauantur, seu baptisterium significat.

Mentio piscinæ illius est apud Isaiam cap. 8. 6. Quia abiecit populus iste aquas Siloe. Hebraicè מַי הַשִּׁלּוֹחַ ubi notandum est, Siloe esse in regimine, & aquas dici alicuius Siloâchi, nempe principis domus David, additur: אֵט הַחֲבִיבִים לאט: Haholechim leat: Euntes leniter, stenter. Hoc est mite Messia imperium, ideo minatur, fore vt mittat aquas fluminis, aquas fortes & multas, quæ sint omnia mundaturæ. Mysterium igitur insigne fuit, quod ad aquas Siloe, seu missi Christus cœcum ablegauit. Significauit esse se illum de domo David, cuius aqua esse diceretur, ab ea aqua iam olim defecisse patres eorum, ideo venisse super eas aquas fluminis Euphratis, quibus merfi sunt. 70. interpretes apud Isaiam etiam vertunt מַי הַשִּׁלּוֹחַ aquam Siloe. Chaldaeus vertit, Regnum domus David, qui regebat eos in quiete, sicut aqua Siloe, qua defluit in quiete. Hoc est contentus non fuit regni sui viribus, quas Deus dederat, & tutatum promiserat, sed ad arma externa, strepitumque auxiliorum se conuertit: quod Deo non crederet. Nec obstat, quod Hieronymus sonitum & strepitum illis tribuat. [Siloam, inquit, fontem esse ad radicem montis Sion, qui non iugibus aquis, sed in certis horis, diebusque ebulliat, & per terrarum concaua, & antra saxi durissimi, cum magno sonitu veniat, dubitare nō possumus, nos præferunt, qui in hac habitamus] prouinciâ. Cum magno sonitu venit, sed postquam piscinam fecit, & effluit, leniter fluit ἡσυχῆ vel ἡσυχῆ vt est apud septuaginta. Idem ergo Silo hic est, qui Gen. 49. cum Patriarcha dicit. יבא שילוח ki iabo schiloch. Donec veniat Silo. Conati sunt quidem Iudæi aliorum interpretari. Saulem aiunt ventum in Silo. verum illa est manifesta Prophetiæ deprauatio. nam post Saulem demum floruit tribus Iudæ per Davidicos reges. Multo minus Ieroboam fuit Silo, aut Nabuchodonosor, Silochum potius oppugnatum illi venerunt. Quin de Messia R. Onkelos discretè interpretatur. R. Kimhi de Messia interpretatur quidem, sed ridicule deriuat. In libro Ierusalem ita habet. Vocatur Messias princeps & dominator, Mos enim dominantis est, vt sit virga in manu eius, & quia virga disciplina in manu eius erit. מַשִּׁיחַ etiam dicitur, quod scribam significat. Porro donec veniat, id est, filius eius, semini generis exponitur, & est Prophetia de Messia. Deriuaturque, שילוח Silo, à vocabulo שילוח, qui est sacculus quidam, in quo manet infans in vtero matris. qui aliquando in scriptura pro Embrione in matrice sumitur.

Hæc ille in concordantiis, quasi sit scriptum in fine per א cum mappic, cum sit in scriptura א chet non est enim שילוח, sed שילוח à שילוח quod est, missi. Ita vero etiam septuaginta, alique, miserunt. Iudæos tamen vt cunq; inde conuincimus, docemulque eorum sententiâ Messiam de virgine fuisse

Adami Conzen in Euang. Tom. II.

se nasciturum. Ideo enim monent, non dici שילוח schilo per cholem, quod non sit, filius eius viri. Sed שילוח quod sit filius illius, scilicet fœminæ, nam יעט affixum masculinum, א fœmininum. R. Kimhi ita dictum fluium putat, quod in hortos vicinos ad irrigationes detiuaretur, sed obstat, quod in Hebræo tam constanter, & in Græcis dicitur מַי הַשִּׁלּוֹחַ aquæ missi, seu illius missi. Wasser des Gesandten.

§. 3. Quamuis nec in luto, nec in aqua, vlla fuerit naturalis facultas, qua visus cæco redderetur, potuit tamen vtrique Deus eam potentiam conferre, vt eiusmodi producerent effectum. Caluinus hoc loco. [Neque in luto, neque in aqua Siloe quicquam ad sanandos oculos fuisse virtutis, certum est, sed Christus libere externis istis symbolis sua miracula non semel ornauit. Sicut vt fideles affueceret ad signorum vsam, siue vt ostenderet suo arbitrio subesse omnia, siue vt testatum faceret, tantum esse potentia in singulis creaturis, quantum ipse dare velit.]

Quæ si vera sunt, mirari non debent Caluiniანი si eam sacramentis Christianæ religionis vim inesse dicimus, quam Deus dare voluit, vt nimirum sint instrumenta regenerationis ac sanctificationis. Quare re falsum est, quod fingunt, sacramentum nihil aliud esse, quam signum, quam nudam testificationem. nec quicquam efficere, non esse instrumenta gratiæ. ita Bucerus in Ioan. Bullingerus in cap. 4. Roman. Daniel Tossan. contra Marbachium. Aretius, alique. Zvinglius de fidei ratione ad Carolum. [Credo, imo scio omnia sacramenta tam abesse, vt gratiam conferant, vt ne adferant quidem aut dispensent.] Quin etiam Beza, Abrahamus Musculus, in Colloquio Mompelg. de Baptismo; omnem vim sacramentorum non modo tollunt, sed etiam idololatricam esse aiunt. pag. 433. [Aliquam latentem virtutem, aliam aquæ (licet sacramentali, attribueret, quam sacramentalis significationis, (nunquam quod ad Deum atinet) vanæ & inanis, existimamus manifestam esse idololatricam.] Hæc illi, vt tollant verum baptismum, & refellant Caluinum dicentem: Tantum potentia esse in creaturis quantam Deus velit.

At cur non possit Spiritus Sanctus in aqua, & per aquam animas mundare, vt ait scriptura, cum dicat esse lauacrum regenerationis? cur non potest aqua baptismi, quicquid Deus posse illam voluit? & posset tamen lutum, quod Deus posse voluit? Iat solius Dei est sanctificare animas; credo sane: vt & illuminare cæcos. Sed Deus non modo se solo potest agere, sed adhibere instrumenta etiam quando, & quæ, visum fuerit.

§. 8. Quædam exemplaria habent οὐ τι φλόσιν, quod cæcus erat, alii codices προσκίτης mendicus. Ita etiam apud Lucam Brugensem, aliosque. Erasmus putat fuisse scriptum πλωγος. Syrus etiam mendicum dicit.

Versus 9. In quibusdam est οὐχι in aliis deest. Syrus addit. Sicut habet cum Latino ἐκείνῳ δὲ, cum magna pars Græcorum habeant duntaxat ἐκείνῳ.

VERSVS 15.

Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui: & video.

QVÆSTIO I.

An Catholici faciant idem quod hic Pharisæi?

§. 1. Caluinus hic in Catholicos per digressio- nem inuehitur. [Ita Papistæ, inquit, friuo- las, putidasque calumnias, quibus centies responsum est, subinde tamen perfrecta fronte ingerere non desinunt. Quid ergo nobis agendum, nempe cum locus datur, quantum in vobis est, refellenda est eorum im- probitas, qui falsa inuidia Euangelium grauant, & in- famant.] Hac illi. Sed discutien dum, hoc est, quod Euangelium infamari à nobis fingit. Nos Caluini causam ab Euangelio distinguimus. Hæresis illius far- rago est, ex commentis adulterinis conflata, ex omni- bus hærese non venenis mistum veneficium.

Respondeo ergo. Nos friuolis eorum putidisque commentis iam millies respondimus, nec modo nos, verum etiam maiores nostri, eorum proauis. At san- ctorum patrum, & martyrum responsiones & confes- siones friuola commenta vocare hominum est aut atheorum aut hæreticorum. V. g. Negant pro defun- ctis orandum esse: hoc vt probent comminiscuntur, post hanc vitam nihil nisi regnum, aut regum super- esse, nullum purgatorium. Nos respondemus, quos- dam nondum omnilabe vacuos pœnis quibusdam regno parari. Non est hoc nostrum commentum. To- ta vetus Ecclesia stat à nobis: Friuolum est, quicquid contra tam magnam, tam veterem, firmatamque au- thoritatem obiiciunt. Non est nostrum commentum. Dionysius areopagita iam sui temporis morem tradit. εἴτα προσελθὼν (p. 2. cui titulus: μυστήριον θητῶν ἱερῶς κεκοιμημένων) (Mysterium super his q̄ pie dormierunt.) p. 217. εἴτα προσελθὼν ὁ θεὸς ἱεροεργῆτος δὲ χυλὸ ἀερωπύτιου ἐπ' αὐτῶ ποιῶνται, καὶ πῶ δὲ χυλὸν, αὐτὸς τε ὁ ἱεροεργῆτος ἀπαλά- ζεται τὸν κεκοιμημένον, καὶ μετ' αὐτὸν ὁ πάροντες ἀπαινεῖς, ἀπαλασκίμων ἢ πάντων, ἡτοιχέει τῶ κεκοιμημένῳ τὸ ἐλαϊον ὁ ἱεροεργῆτος, καὶ πῶ ὑπὲρ πάντων εὐχέτω ἱερῶν ποιησάμενος, ἕτοιχῆσιν ἐν, δικῶ ἡμῶν τὸ σῶμα, μετ' ἐτέρων ὁμοῦ ἁγῶν ἱερῶν σωματίων. Tum accedens diuinus Antistes ei sanctissimas preces adhibet, quibus rite perfectū & ipse eum, qui à vita mi- grauit, saluat. & secundum eum omnes vna qui ad sunt. Cum eum omnes con salutarit, tū Antistes oleo mortuum perfundit, sanctæque precatone pro omnibus adhibita in loco honorato corpus, cum aliis eiusdem ordinis sanctū corporibus reponit, & condit.

Quid orent mox addit. pa. 222. edit. Paris. an. 1562. ἡμεῖς ἐν δὲ χυλῶ, τὸς θεαρχαῖος ἀγαθῶν τε ὁ δὲ τευ πᾶν τῶ μετ' ἀφέναι τα δὲ διδραπίνην ἀδένειαν ἡμεῖς τῆ μετ' αὐτῶ κεκοι- μημένων, κατὰ τὰς αἰ ἡ αὐτὸν ἐν φωτὶ καὶ χάρει ζωόντων, εἰς ῥολπὸς Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ἐν τόπῳ ἐν ἀπέ- δεξε ὁ δὲ ἡ καὶ λύπη καὶ στεναγμός. Precibus quidem à diuina bonitate contendit, vt & omnia peccata, qua humana si agili- tate imbecillitateque admissa sunt, ei qui excessit è vita remit- tat, & eum in lucem ac regionem viuorum, in sinus Abrahæ, Isaac, & Iacob deducat, in locum à quo fugit dolor, tristitia & metus, hæc, aliaque & alij patres.

Pergit deinde dubitationes solue perinde ac si contra nostros hæreticos causam ageret, idem secu- ri veteres dixerunt: Non igitur friuolæ sunt nostræ re- sponiones, se deorum, qui per patrum istorum latera nos confodere nituntur.

Poro quam illorum sint omnia iuola, quam ca- lumnia acerbæ. Eorum testimonio satis constat. postquam inter se diuili occulta proba vulgarnr. Quæ enim nos illis obiecimur de redemptione Chri- sti, de securitate in peccatis, de sanctorum apostasia, de absolutæ reprobationis commento, iam ipsi inter se disceptant, & maior ac sanior pars ad nos accedit, alii spe commodorum & metu damnorum, in duro il-

Caluina- ni iam se produnt.

lo & rigido Caluinismo tenentur. Interim cum sine- re Christo credimus, cum sacramenta tenemus in- trega, cum sanctos honoramus, stolidos, impios idolo- latras appellant. Vnico vero axiomatico tuentur cau- sam desperatam; verbo De se solo niui, cum vero ad rem ventum pro verbo suas glossas supponunt, & glossas impias, glossas friuolas.

§. 2. Porro vt planum fiat, quam putidas nugas Caluinistæ non modo sanctis, sed & scripturis op- ponant, exemplis al' quot declarabo, vt constet eos facere, quod nobis imponunt. Caluinus illud quod Gen. 3. dicitur: Inimicitias ponam inter te, & semen tuum. de hostili inter humanum genus & serpentes odio, non etiam de Christo interpretatur: causam reddit p. 32 Nam eorum sententiam, qui de Christo exponūt, se suo sus- fragio libenter comprobaturum, ait, Nisi verbum seminis ni- miu uolenter ab illis torqueri uideret. Quis enim, inquit, con- cedet, nomen collectiuum de vno tantum homine accipit. Quæ putida ratiocinatio elidit Pauli interpretatio- nem dicens: Non in seminibus, sed semine tuo. Et de Christo interpretatur. Illa etiam uerba. Gen. 49. oppugnat. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, cum Rabbis In- dæorum negat de Christo præcise accipiendi. Idem Caluinus & Marloratus uerba Isaia 61. Spiritus Domini super me, &c. de Isaia non de Christo solo intelligit, id quod Iudæis occasionem de seipit, vt negarent de Christo dici: cum Lucæ 4. de seipso Christus affirmet. Et quid opus est multis defendant se Caluiniani con- tra Lutheranos, qui eos non minus falsarios, & de- prauatores diuinarum scripturarum iudicant, quam Catholici, inter eos est Schlusfeldburgius par. 2. Titulo: quod Caluinista uerbum Dei & testimonia Patrum cor- rumpant.

VERSUS 16. & seq.

Dicebant ergo ex Pharisæis qui- dam, Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit. Alij au- tem dicebant. Quomodo potest homo, &c.

QVÆSTIO I.

An homo peccator possit signa facere?

§. 1. Non posse peccatores signa facere definiunt Nilli, qui sanioie iudicio rem æstimabant. Nā qui impiū idcirco uocabant, quod Sabbathum non custodiret, mera malitia peccabant, nec enim ire ad piscinam, nec oculos abluere sabbato uetabantur, multo minus sanitatem efficere. Si modo possent, vt alias demonstratum est. Nam edere, manus lauare, os abstergere, tam erant opera, quam illa quæ fecit cæ- cus. Alii uero illius probabant integritatem, quod si- gna faceret. Et cæcus ipse v. 33. Nisi hic esset à Deo, non posset quicquam.

Nonnulli respondent: argumentum esse à conie- ctura probabili; raro enim improbis signorum pote- statem concedi: ordinatæ sanctis, nec omnibus tam- en, sed qui maximos in amore Dei progressus ha- beant, Alii peccatorum nomine, magnos peccatores, ac plane impios accipiunt.

His tamen omnibus interdum signorum conce- ditur potestas. Deinde peccator hoc loco communi- ter accipitur, non pro illis tantum, qui sunt extreme impii.

§. 2. Hæretici in istum argumentum esse aiunt. Caluinus: quamuis non satis firmum uideatur argumentum. Nam & pseudopropheta Deus interdum signa permittit ede- re &